





Pri. 48. num. 15.

X

MEDITATIO 1755, 14 16

DE

SUCCESSIONE AB INTESTATO EXEMTORVM, TAM QVO. AD MOBILIA, QVAM IMMOBILIA EX IVRE, QVO IPSI VSI FVERVNT, ORDINANDA,


QVAM

EXERCITIO DISPVATORIO PVBLICO PRAEMISIT

PAVLVS WILHELMVS SCHMIDIUS,

IVR. VTR. DOCTOR ET PROF. PVBL. ORDIN. NEG. NON SCABINOR. COLLEG. ADSESSOR.

W. S.



IENAE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



MEDITATIO


DE

SUCCESSIONE AB INTE
STATO EXEMTORVM TAM QVO
AD MOBILIA QVAM IMOBILIA EX IURE
QVO IRES VERTVNT ORDINANDA


EXERCITIO DISTVKTORIO PVBILGO

RAVIVS WILHELMVS SCHMIDIVS

IVE YTE DOCTOR ET PROF. PVB. O.
HSE NOV. CANTON. SOISSON. 1800



CIT. LEVIS. PIERRESCHEINIAIS.



ad l
fun
vide
stat
raq
plu
por
succ





Haud leuem inter iuris interpretes ob-
feruamus contentionem circa quae-
stionem de iure succedendi in bona
eius, qui a iurisdictione ciuitatis,
ubi domicilium habuit, exemptus fuit, et
foro vsus est priuilegiato. Quidam
ad locum aditae hereditatis, alii ad statuta originis de-
functi, non domicilii, alii ad qualicatem statuti, vtrum
videlicet istud sit reale, vel personale, respici debere
statuunt; alii alias fouent sententias, quas recenset Ti-
raquellus de iure primogen. Qu. XLVI. In eo autem
plures conueniunt, quod ex foro, quod defunctus tem-
pore mortis habuit, non heredum, aestimanda veniat
successio, neque iura et statuta, quibus vtitur ciuitas,
sed

fed prouincialia aut communia spectari debeant. *Strauch.* ad vniu. ius Iustin. Diff. XI. §. 31. in fin. *Lauterb.* Coll. theor. pract. ad π . de success. iur. nouiss. *Richter* de success. ab intest. in Prooem. num. 31. Differentia autem opinionum, vt alias transeam, potissimum conspicua est in eo, quod *Alii* et quidem plurimi statuunt: priuilegiatis succedi intuitu bonorum omnium sine discrimine siue bona sint immobilia, siue mobilia, *Alii* contra hoc ad sola restringunt bona mobilia, exclusis immobilibus, in quibus forum rei sitae spectandum esse, censent. Prioris asserti propugnatores, quorum indicem sistit *Pufend.* T. I. obseru. 28. §. 3. argumenta proferunt sequentia: *Primo* loco enim aiunt res immobiles iurisdictioni subiectas esse magistratus eius loci, vbi iacent, non iurisdictioni eius personae ad quam dominium pertinet *Carpz.* Part. III. conf. XII. def. 12. num. 2. et 3. *Deinde* actiones circa res immobiles non in iudicio intuitu domini, sed rei sitae competente, mouendas esse *l. 2. et 3. C. vbi in rem actio.* Idque etiam circa personas iurisdictioni ordinariae non subiectas, speciatim Clericos *dilect. frater institut. iurispr. eccles.* Part. pract. §. 423. ibique citati. *Denique* per communem fori obseruantiam receptam vrgent. Posterius in dubium vocari nequit, quum praeter experientiam id testantur probatissimi Icti et inter hos *Srnyk* de success. ab intest. Diff. I. Cap. IV. §. 2. et 3. *Boehmer.* iur. E. Prot. Lib. III. Tit. XXVII. §. 16. *Lauterb.* ad π . de success. iur. nouiss. §. 53. et 54.

Quod vero *Prius* adinet argumentum, istud recte se habet, si de foro communi, non autem, vt in praesenti, vbi de foro priuilegiato sermo est, et ipsi assertores huius opinionis varias concedunt exceptiones, vbi et immobilia exemtorum non sunt sub iurisdictione communi, sed fororum

rum sequuntur priuilegiatum. Ita a) consuetudinem facere largiuntur, vt immobilia vtantur iure eius fori cui subiectus est exemptus, et non sint sub iurisdictione municipalis *Hert. de Collis. legum Sect. IV. §. 34.* b) non negant, quod vbi quis a iurisdictione loci domicilii ita exemptus sit, vt peculiarem habeat magistratum quales sunt Professores, et alii Academici cum vxoribus et liberis tunc iis iuxta iura communia, quoad immobilia quoque succedi *Srruu. Ex XXXVIII. §. 45. Meu. ad ius Lubec. Qu. praelim. 3. num. 30. idem quoque d) obtinere largiuntur circa ministros et officiales Principis Meu. dict. loc. num. 33. seq. denique e) quoties statutum reale aut prohibitorium adest, idem locum habere dicunt confer. Pufend. Tom. I. obseru. 28. §. 5.*

Alterum, quod mouent dubium, ideo non obstat, quia ex foro, vbi actio instituenda, ad successionem valide concludi nequit, et cuilibet constat, quod actiones reales electiue vel in foro, vbi res sita, vel in foro quoque domicilii institui possit. Posterior igitur sententia quae priuilegiatis ius succedendi non secundum statuta ciuitatis vbi defunctus domicilium constituit, sed iuxta iura communia vel prouincialia et quidem sine discrimine bonorum tribuit, et verior et rationi iuris magis conformis mihi videtur. Causae, quae me vt a communi recedam, opinione mouent, hae sunt. Primo, quia in successione ab intestato, proprie non de iure circa res agitur, sed de iure hereditario. Hereditas autem est vniuersitas rerum, comprehendens tam res mobiles quam immobiles nec non iura quaecumque. Hocque ius succedendi ab intestato vel iure statutorio vel legibus cuiuscumque prouinciae vel denique iure communi determinatum est. Quoniam autem per-

) (3

nis

nis exemptis, ne iis quidem, qui contrariam fouent sententiam, id negantibus, non secundum statuta loci, ubi habitauerunt, sed iuxta propria statuta, aut iura prouincialia, aut, his deficientibus, iuxta iura communia succeditur, leges autem quod ad res immobiles, nullam faciant exceptionem, perspicuum esse putato, quod discrimen bonorum non sit respiciendum. Accedit, quod ius hereditarium in se consideratum tribuat successionem in omnia bona et iura, quae ad defunctum pertinuerunt, nisi leges expresse faciant exceptionem, nullam circa immobilia et mobilia admittens differentiam, ideoque quare intuitu successionis priuilegiatorum res aliter se habere debeat, non potest perspici. Nec est, quod mihi obiiciatur, neminem posse legem dicere extra territorium vel iurisdictionis limites valituram. Nam heres in vniuersum ius, quod defunctus habuit, succedit et eius personam refert, adeoque hereditas est vna, non plures sunt hereditates, secundum loca, ubi defunctus bona possedit, iudicandae. Ex eo insuper veritas sententiae, quam amplexus sum, apparet quia actio familiae herciscundae in foro, quod agnouit defunctus, non tantum intuitu bonorum sub foro domicilii sed etiam rei sitae absque dubio institui queat. Adde, quod testamentum secundum leges et statuta alicuius loci conditum, omnium consensu non solum quoad bona sub quacunque iurisdictione et in quocunque territorio sita, plenum effectum producat, tametsi in loco rei sitae diuersa circa testamenta condenda obtineant iura atque statuta; ius vero hereditarium ex testamento oriens cum eo, quod ab intestato competit, in eo conueniens est, quod vtrumque contineat legem circa successionem, quarum prior a defuncto, altera a legislatore


lato
 feo,
 rem
 habi
 iux
 bito
 cum
 Cor
 Puf
 non
 Lib

occa
 me
 num
 qui
 fidic
 dot
 hi
 rem
 nur
 mu
 pos
 tion
 vt
 tion
 nuc
 con
 Vir
 dud
 eaq
 nia

latore dicta est. Ex hisce sufficienter apparere cen-
 seo, successione exempti et mobiliarem et immobilia-
 rem secundum leges prouinciae, sub qua domicilium
 habuit is, de cuius successione quaeritur, et demum
 iuxta ius commune, nullo bonorum respectu ha-
 bito, esse ordinanda. Nec deficiunt qui eadem me-
 cum sentiunt. Potius prouocare possum ad *Cuiac*:
 Consultat. XXV. in ei. Oper. Tom. I. pag. m. 373.
Pufend. Tom. I. Obs. 27. et 28. *Schiltner.* Instit. Iur. Ca-
 non. Lib. I. Tit. XVIII. §. 17. *Roehmer.* Iur. Eccl. Prot.
 Lib. II. Tit. XXVII. §. 15. et 16.

Haec in praesentia sufficiant et ad exponendam
 occasionem, qua adductus pauca haec commentatus sum,
 me conuerto. Desiderium nimirum non nulli e
 numero Nobilissimor. ac Doctissimor. Commilitonum,
 qui per biennium exercitia disputatoria sub meo prae-
 sidio inter priuatos parietes instruerunt ingenuque
 dotes egregias et haud vulgarem legum scientiam mi-
 hi commonstrarunt, vt has exercitationes continua-
 rem, mihi exposuerunt. De utilitate harum concertatio-
 num a iuris cultoribus institutarum per experientiam
 multorum annorum satis persuasus, lubentissime annui
 postulato omnino laudando ac merito quacunque ra-
 tione promouendo, simul vero iis auctor suasor que extiti,
 vt in posterum prodeant in publicum atque exercita-
 tiones hucusque priuatas in auditorio publico conti-
 nuent. Praecipuae huius consilii erant causae, quod
 conueniens omnino duxi, vt Generosissimi ac Nobilissimi
 Viri, studiis maxima ex parte optatis ad finem per-
 ductis auspiciis, eruditionis acquisitae ederent specimina
 eaque publica, simulque vt muneri a *Serenissimis Saxo-
 niae Ducibus*, Academiae huius *Nutritoribus munificen-
 tissimis*





tissimi mihi clementissime demandati, in eo quoque
 fatiscerem, vt iurisprudentiae cultoribus institutio-
 nibus ac exercitationibus publicis inferuirem. In eo
 igitur mecum conuenere sequentes Viri Generosissimi
 ac Nobilissimi, vt singulis Saturni diebus ab hora
 Xma antem. Theses controuersas e doctrina de *suc-
 cessione ab intestato* selectas et typis imprimendas in
 Auditorio iuridico alternis vicibus me praefide defen-
 dere ac impugnare initium autem die XXI. Iunii fa-
 cere et munus Respondentium ea ferie, qua Nomina
 EORVM hic posita conspiciuntur, in se suscipere ve-
 lint, nimirum:

IOH. BENEDICT. SALTZWEDEL,
 Landsberga-Brandenb.

IO. LVDOV. ECKHART, Coburg.

CHRIST. HENRIC. PAVLSSSEN, Ienenf.

CAROL. FRIEDER. DE NEVBRONNER,
 Vlmenf.

IOH. SAMVEL GESNER, Rotenb. Francus.

IOH. THEOPHIL. HEVMANN, Saalfeld.

Vt igitur Fautores litterarum* pariter ac Genero-
 sissimi Nobilissimique Commilitones praesentia sua hasce
 disceptationes amicas cohonestare ac ornare velint,
 officiose et humanissime rogo. Dabam Ienae
 die XIV. Iunii M DCC LV.



ULB Halle
007 469 926

3



V018





Pri. 48. Münch. 15.
Jur. Civ. 211.

DITATIO 1755, 14 16

DE


IONE AB INTE-
TORVM, TAM QVO.
VAM IMMOBILIA EX IVRE,
EVERVNT, ORDINANDA,

QVAM

ISPVTATORIO PVBLICO
RAEMISIT

SHELMVS SCHMIDIVS,

OR ET PROF. PVBL. ORDIN.
LINOR. COLLEG. ADSESSOR.



E N A E
FICKELSCHERRIANIS.

